[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 3

Quelle:
Copyright:

novam de necessaria communicatione laicorum sub utraque specie, raptim editus Constantie. Anno domini 1417. die XX. Augusti. In fine: *Scripta sunt hec Basilee tempore generalis concilii, ibi celebrati, per quemdam fratrem professum monasterii Mellicensis 1436.*

Johannes Challier, dictus Gerson s. Gersonius, natus est a. 1363 in viculo Gerson, unde doctissimus vir nomen habet; visitavit cum applausu archigymnasium Parisiense (Sorbonne), cujus cancellarius celeberrimus Concilio Constantiensi cum autoritate interfuit. Mortuus est in exilio Lugduni a. 1429. De ejus vita et operibus vide: *Hardtium*, Hist. liter. reform. tom. I, p. IV, p. 26 sqq.; Casim. *Oudinum*, comm. de script. tom. III, col. 2263 sqq.; *Fabricium*, Biblioth. med. lat., tom. III, p. 49 sqq.; *Cave*, eccles., vol. II, app. p. 104 sqq.; Anton. *Possevinum*, apparatus sacer, tom. I, p. 881 sqq. — De editionibus operum Gersonii vid. praefationem editionis Hagae 1728. (Ea de editione conf. *Denis*, Nachtrag zu Wiens Buchdruckergeschichte, p. 30 sq.) Illo de tractatu vid. *Dupin*, I, 457; *Denis*, Codices manuscripti theologici Bibliothecae Palatinae Vindobonensis, vol. I, p. I, 231, 3295, vol. II, p. II, 1432.

2. f. 7ᵇ—16ᵃ. Joannis Gersonis Dialogus apologeticus pro coelibatu ecclesiasticorum, cuius collocutores sunt sophia et natura. Incip.: *Continet actus quatuor principales.* Explic.: *Explicit tractatus de celibatu ecclesiasticorum, compilatus Lugduni 1. Juni 1423.* In fine: *Scriptum Basilee tempore concilii generalis anno domini 1437, completum nona die mensis Januarii per quemdam professum monasterii Mellicensis ordinis s. Benedicti Pataviensis dioecesis.*

Dupin l. c. II, 617. »Fertur a quibusdam sibi notis hunc tractatum una die Gersonem composuisse. Nam cum dominus Guillielmus Saygnet, miles, edidisset quoddam oposculum, ut latini sacerdotes nuberent, tradidissetque memorato doctori, quid super his videretur, sibi respondendum, in crastino hunc tractatum theologicum exhibuit.« (*Dupin* l. c. II, 634.)

3. f. 16ᵇ—26ᵇ. (Rubr.) Saigneti Guilhelmi, strennui militis et gubernatoris comitatus Venaysini, Tractatus persuasivus compatibilitatis sacrorum ordinum cum matrimonio. Incip.: *Lamentatio humane nature.* In fine: *Scriptum Basilee tempore concilii generalis per fratrem quemdam ordinis s. Benedicti professum monasterii Mellicensis in Austria. Anno domini 1437 in profesto s. Antonii confessoris completum.*

4. f. 27ᵃ—56ᵇ. Gerhardi de Colonia, Beghardini, (rubr.) Tractatus de spirituali excitatione reparationis lapsus humani. Incip.: *Homo quidam descendebat.* In fine: *Scriptum et completum Basilee 26. die mensis Augusti anni domini 1437 tempore concilii generalis ibidem celebrati per fratrem N. monachum professum monasterii Mellicensis, ordinis s. Benedicti, pataviensis diecesis eidem concilio incorporatum.*

5. f. 57ᵃ—67ᵇ. Joannis Gersonis Tractatus de oratione et ejus valore sub pluribus considerationibus. Incip.: *Oportet semper orare et non deficere. L. XVIII. 1. Scripsit Tullius.* Explic.: *Similiter oportet, quod a passionibus sit alienus, qui de moribus judicat.* In fine: (rubr.) *Hic tractatus scriptus est Basilee tempore concilii generalis ibidem celebrati per fratrem N. monachum, professum monasterii Mellicensis ordinis s. Benedicti, pataviensis dioecesis, finitus anno domini 1438 sabbati 15 mensis Februarii.*

Dupin l. c. III, 247. — *Denis*, Codices manuscripti theologici etc., vol. I, p. II, 2177, 2213, 2215, 2613, vol. II, p. II, 2222.

6. f. 68ᵃ—71ᵇ. Joannis Gersonis Tractatus de arte audiendi confessiones. Incip.: *Etsi virtus quam assuefactio gignit, certius quam ars operatur.* Explic.: *Explicit ut supra.*